

videri a nemine possent, illa in summas edes, ubi cellulam secretiorem habebat, eum deduxit, et hic a nemine nisi a Deo videri se posse dixit. et ille: « ergo », inquit, « hic videri possumus a Deo? » illa: « quid ni? nichil enim latere eum potest ». ille: « ubique ⁵ « *qui* est, quique omnia videt, quomodo pati potes ^(a) turpitudinem « hanc in eius admittere conspectu? quod si testium presentiam in « delicto vereris, quanto magis vereri iudicis conspectum debes, qui « potest damnare et absolvere, salvare et in profundum abyssi de- « mergere! ». his atque aliis ^(b) similibus mota, mulier ex impudica ¹⁰ castissima facta est, et que prius in honestum lucrum querebat, postea nichil nisi paradisum et salutem anime sue quesivit. hoc ergo vir bonus semper in animo habet. quicquid dicit, facit aut cogitat, semper adesse Deum arbitratur. illi devotus est, illi tota fide servit, tota spe innititur, illum summe diligit, summe colit, summe ¹⁵ desiderat; templa sedulo visitat, divinum officium attente audit, sacras Scripturas avide legit, verbum salutare diligenter auscultat; atque ita faciendo, partem quandam felicitatis, quam post mortalem vitam habiturus est, in hoc mundo vivus sentit. Deus enim, ut magis inanimet ^(c) bonos ad desiderium sui, gustare eos et videre ²⁰ permittit, « per speculum in enigmate ⁽¹⁾ », beatitudinem, quam illis in premium fidei repromisit. quamobrem, verum est illud proverbium, licet ab improbis perverse intelligatur, quo dicitur: quibus bene est in hac vita, et eisdem bene esse post mortem. nam nemini bene est nisi ei qui bonus est, qui virtuosus est et puram ²⁵ et nitidam conscientiam habet. huic bene est in hoc mundo, et post hec vita eterna cum incomprehensibili felicitate parata. nam hi quos vulgus beatos iudicat, etsi aliis dominantur et omni genere opum et deliciarum abundant, si tamen ex avaritia semper sitiant aut luxuria ferveant aut ira estuent, timore premantur, desiderio

*ammonendola che
Dio tutto vede.*

*L'uomo onesto
pertanto sente
sempre la presenza
di Dio. Lo adora
con tutti i senti-
menti,*

*osserva tutti i do-
veri del cristiano,*

*e così pregherà da
vivo la felicità che
l'aspetta dopo la
morte.*

*I potenti ed i
gaudenti, che il
volgo crede felici,
sono invece miseri
e schiavi delle pro-
prie passioni.*

(a) *B P* possumus a Deo? illa quidni? nichil enim latere eum potest. ille ubique est quique omnia videt. quomodo pati potes *Ra* possumus a Deo? illa omnia videt. quomodo pati potes *Combi dà* possumus a Deo? illa: quid ni? nichil enim latere eum potest; ille ubique est, ille omnia videt. si ergo, inquit, videri a Deo possumus, qui ubique est, quique omnia videt, quomodo &c. (b) *B* atque in alis (c) *P* enim magis inanimat

(1) S. PAUL. I Cor., XIII, 12.